



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

Q. F. F. Q. S.
THESES

Ex

NGULIS JURIS.
RUDENTIÆ PAR-
TIBUS

Divina favente gratia

SUB PRÆSIDIO

RI Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi,
atque Excellentissimi

N. JOHANNIS HENRICI
FELTZII,

J. D. Pand. & J. Can. Prof. P.

O. Celeberrimi, Capit. Thom. Canon.

stroni, atque Praeceptoris sui, summo honoris
cultu prosequendi

In Alma Argentinensium Universitate

SOLENNIS defensionis

gratia
conscripti

OH. HENRICUS SCHOELL,

Buxov. Hanoic.

ad diem 28. Martii 1708.

hor. locoq. solit.

ARGENTORATI,
Liter: DANIELIS MAAGIL

V I R O
*Magnificentia Munerum, Generis
Nobilitate, Meritorum Amplitudine, Consilio-
rum Dexteritate, Virtutum Splendore,
Soliditate Eruditionis Excellen-
tissimo,*

DN. JOH. JACOBO
FRIDIO, JCto,
Regiae Argentinensis Reipubl.
Consiliario, & Advocato
Gravissimo,

Patrono meo Summo,

Solenne hoc Exercitium
In perpetuae observantie
& gratissimi animi
pignus

submissi

D. D. D.
JOH. HENR. SCHOELL.

VIR Magnifice, Consultissime,
atque Excellentissime.



*Roduco in conspectum
Tuum, exiguum qui-
dem studiorum ſpeci-
men, ſed immenſe in
TE obſervantiae tefſeram certiſſi-
mam. Ratio temeritatis meæ non
unica. Nolo tamen bic ad ſingu-
la deſcendere, PATRONE
MAGNE, magis conſiderans,
quid aures Tuæ pati poſſint, quam*
A 2 quid

• quid beneficiis debeatur ; nec expe-
ctabis a me prolixa meritorum
Tuorum Elogia, quibus neqz mea
facundia sufficit, neqz hæc pagina.
Magna a magnis ingeniiis dicenda
sunt ; relinquo id Curiae , Scho-
læ , Civibus ; omnibus deniqz bo-
nis atque cordatis , quibus optime
constat , quanta sit Tua in admi-
nistranda justitia integritas , in
consulendo atque instruendo dex-
teritas , in colloquendo comitas , in
benefaciendo alacritas . Hæc virtu-
tum Tuarum specimina cum quo-
tidie me magis magisque TIBI de-
vinctum reddant , tantum deside-

vii

rii in animo meo relinquent, quantum admirationis; in primis, si mecum reproto, quod jam per aliquot annos communi sale atque hospitio Tuo quam exoptatissimo frui contigerit, per quod tempus tantam Tuam expertus sum humanitatem, dum me consiliis ut prudenterissimis, ita saluberrimis rexisti, & innumera Favoris Tui in me indignum propensissimi, dedisti documenta, ut TE publice alterum Parentem compellare audeam. Igitur non potui non aliquod fidei meæ devotionisque pignus Tibi consecrare, quod, quo magis de-


A. 3 be-

*betur, eo minus, spero, displicebit.
Accipe hoc, quicquid est, VIR
MAGNIFICE, inter summas,
quas pro Salute Civitatis Argen-
tinensis suscipis curas, sèrena fron-
te, & permitte, ut TE Tuosq; Deo,
me TIBI commendem.*

Magnificentiae Tuæ

Cliens humillimus

JOH. HENR. SCHOELL.



2. D. B. V.

Ex Jure Naturæ & Gen- tium.

THESES I.

Multa moribus Gentium licent, quæ
pugnant cum æquitate naturali,
& multa Jure Naturæ permissa
sunt, quæ a Gentibus improbantur.

THES. II.

Princeps, qui Legato-duplicia dat
mandata, manifesta, seu, quæ exhibeat il-
li, cum quo est negotium tractandum,
(quæ quandoque solent *Literis Credentia-
libus* inseri) & arcana; si Legatus contra
hæc posteriora fecerit, tamen ex contra-
ctu sui Legati tenetur, nec ratificationem,
ut loquuntur, respueat potest.

THES.

THES. III.

Bellum gerenti, munimentum in solo pacato situm, si vercatur, ne illud hostis invadat, & irreparabilia ipsi inferat damna, invito Domino occupare licet.

THES. IV.

In Civitatibus moderamen inculpatæ tutelæ angustis quidem finibus est circumscriptum; nihilominus tamen, si quis strieto gladio viam ad me affectet, cum sufficienti significatione, quod me velit confodere; ego autem sclopeto sim armatus; tunc recte id in ipsum displodere possum, licet longius adhuc absit, ac nondum me gladio contingere valeat.

THES. V.

Jure belli rigoroso non solum milites, vel eos qui actu arma gerunt, sed etiam infantes, foeminas, senes &c. inimicis ficerent licet.

—१८—

THES. VI.

Hostem veneno occidere v. g. spicula & arma veneno inficere vel Drat-vergiffete / gestirnt, und mancherley ungewöhnlich, figurirt, und formirte Auglen zu schiesen Juri Naturæ non repugnat, bene tamen Juri Gentium.

Ex Jure Divino Reve-lato.

THES. I.

PRæceptum de Conjugio ineundo Jure divino positivo omnes homines obligat, sed suppositis congruis circumstantiis.

THES. II.

Non igitur admittenda est sententia Rabbinorum aliorumque, docentium, quod ii omnes peccent, qui post annos pubertatis vel vigesimum uxores non ducunt,

B mul-

multi enim puberes recte nuptias omit-
tunt, quamvis dono continentiae non sint
instructi.

THES. III.

Dictum illud Christi *Math. 5. v. 39.*
ne resistite injuriam facienti, aliaque, non
impediunt, quo minus invasorem vitæ in-
justum possim occidere, quamvis extin-
guatur in peccato mortali, & periculum
damnationis æternæ videatur incurrere.

THES. IV.

Spectacula comœdiarum, si modo id
fiat finitis sacris, prophanationem Sabba-
thi non inducunt.

Ex Jure Civili.

THESES. I.

Codex repetitæ prælectionis non so-
lum ex Imperatorum Constitutio-
nibus constat.

THES. II.

Si uni ususfructus , alteri fundus seu proprietas legetur, ususfructus utriusque legatus censetur.

THES. III.

Post emtionem venditionem perfectam, casus superveniens, quem & emtor & venditor prævidere potuissent, si e. g. inquilinus ex domo vendita egredi recusat, facit ut periculum rei venditæ adhuc ad venditorem pertineat.

THES. IV.

Quod ipsum tamen non impedit, quo minus asseramus: regulariter periculum rei venditæ, sed nondum traditæ ad emtorem pertinere, quamprimum de pretio inter contrahentes constat.

THES. V.

Verba hæc: Einen rothen Hanen eis-

nem auff das Hauss sezen / vel das Dorff
anstecken und in die Aschen legen / non faci-
unt disficationem , nec poena capitis talia
verba proferenti est infligenda ; multo mi-
nus si dicat : ich will dir eine Kugel durch
den Kopff jagen.

THE S. V.

Autor rixæ in qua quis occisus est, non
poena ordinaria homicidii , sed arbitraria
puniri debet.

Ex Jure Ecclesiastico.

A. C.

THE S. I.

A Gonisantibus , qui sensuum & rationis
usum fere omnem , per vehementiam
morbi amiserunt , ita , ut quid secum aga-
tur , non exacte intelligant , sacra coena non
est deneganda.

THE S.

THES. II.

Cogitationes alienæ, quæ inter pre-candum incident, exauditionem precum non impediunt.

THES. III.

Si infans sub nomine masculi baptizatur, cum sit fœmella, actus baptismi non fit invalidus.

THES. IV.

Minister Ecclesiæ ditioribus parentibus gratificari salva conscientia non potest, si forte liberos suos vino generoso aut aqua rosarum baptizari petant.

THES. V.

Possimus absque vulnere conscientiæ sacris eorum interesse, qui non sunt nostræ religionis.

B 3

Ex

Ex Jure Canonico.

THES. I.

Computatio graduum Juris Canon, quamvis quædam quæ haud bene se habent, contineat, tamen à multis Aug. Confessioni addictis in matrimonialibus recepta est; quod ipsum tamen non impedit, quo minus computatio Juris Civilis adhuc hodie in successionibus tam alodialibus quam feudalibus (idque etiam in terris Ecclesiæ) in tutela proximis agnatis vel cognatis deferenda, in probationibus &c. observetur.

THES. II.

Dispositio illa Juris Canonici, quæ soli Pontificii tribuit jus disponendi circa decimas, adeo, ut Princeps Laicus nec jus decimandi conferre, nec ab obligatione ejus quenquam eximere possit, ab ipsis etiam Catholicis non admittitur.

THES.

THES. III.

Canonicatus non potest conferri clau-
dicantibus, aut alio quodam corporis de-
fectu laborantibus.

THES. IV.

Confessionarius sigillum confessionis
tanta tenetur custodire cura, ut illud,
quod sibi in confessione a confitente re-
velatum & in sinum ejus repositum fuit,
instar arcanissimi depositi habeat, nec id
revelare teneatur ulli, ne quidem Magi-
stratui id exigenti.

Ex Jure Feudali.

THES. I.

Vassallus feudum sine Domini, aut eo-
rum quorum interest, consensu, alteri
in subfeudum concedere potest.

THES.

THE S. II.

Vassallus Domino servitia præstare non tenetur, nisi ab ipso fuerit vocatus.

THE S. III.

Rusticum etiam feudum concedere posse haud male asseri potest.

THE S. IV.

Qui statuit Vassallum etiam contra patrem suum Domino auxilium ferre teneri, nihil absurdum aut æquitati contrarium statuere videtur.

THE S. V.

Liberi legitimati per subsequens matrimonium a successione feudi non sunt excludendi, etiamsi feendum sit concessum für sich und sein Ehelich, gebohrne Kinder.

Ex

Ex Jure Publico.

THES. I.

Electores in eligendo Imperatore non alium quidem, quam Germanum eligere possunt, hoc autem expressa lege statutum esse, vix probari potest.

THES. II.

Electio non vocatis omnibus Electoribus facta valet.

THES. III.

Singulis Imperii Statibus jure Superioritat. territ. in ditionibus suis munimenta extruendi jus est, quod libere etiam sine Imperatoris consensu exercere possunt.

THES. IV.

Si primogenitus sit natus ex plebeja,

C

se-

secundo genitus ex illustri, hic, non ille Appanagiatus fieri debet.

THE S. V.

Cæsar solus sine Statuum Imperii consensu Principes, Imperii creare potest, et iamsi illi, quibus talis dignitas confertur, in Germania domicilium suum non constuerint, vel alterius nationis sint.

THE S. VI.

Statibus Imperii jus Academias instituendi denegari nequit.

S. D. G.



MAG 2024 5.12